The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Mors ak
cum fonte primo

Iustorum anime leuibus quibusque contagiis ipso sepe mortis pauore purgantur, et eterne retribucionis gaudia iam ab ipsa carnis solucione percipiunt. Plerumque uero contemplacionis

interne eciam priusquam carne spolientur ylarescunt, et dum uetustatis debitum soluunt, noui iam muneris leticia perfruuntur.

Gregorius libro XXIIII. moralium.

Sed quia iustorum animae a leuibus quibusque contagiis ipso saepe mortis pauore purgantur, et aeternae retributionis gaudia iam ab ipsa carnis solutione percipiunt, plerumque uero contemplatione quadam retributionis internae etiam priusquam carne exspolientur hilarescunt, et dum uetustatis debitum soluunt, noui iam muneris laetitia perfruuntur, recte dicitur: *Videbit faciem eius in iubilo* (Iob 33:26).

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 24, 11 (CCSL 143B, M. Adriaen ed., p.1213, ll.281-287).